

Zeitschrift: Bündner Monatsblatt : Zeitschrift für Bündner Geschichte, Landeskunde und Baukultur
Herausgeber: Verein für Bündner Kulturforschung
Band: - (1967)
Heft: 11-12

Artikel: Aus dem bischöflichen Zustandsbericht vom November/Dezember 1623
Autor: Toscano, Giacomo / Castelmur, Otto von / Hübscher, Bruno
DOI: <https://doi.org/10.5169/seals-398027>

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. [Mehr erfahren](#)

Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. [En savoir plus](#)

Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. [Find out more](#)

Download PDF: 15.04.2026

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>

Aus dem bischöflichen Zustandsbericht vom November/Dezember 1623

erstellt durch den Churer Domherrn, Stiftspropst von S. Vittore und Bischöflichen Vikar vom Misox, Giacomo Toscano, und durch den Dekan des Kapitels Ob dem Schyn und Pfarrer von Tomils, Otto von Castelmur

S. 17

^{27a)} **De ecclesia Sancti Michaelis loci Sauognini**

²⁸ Ecclesia Sancti Michaelis loci Sauognini, licet uerè capellania sit, habet tamen ²⁹ insignia parochialia, cum ibidem sanctissimum eucharistiæ sacramentum asseruetur, sacer fons ³⁰ baptismalis et ^{a)} cæmeterium concessa sint et insuper per parochum Sauognini officijs ³¹ et missarum celebratione frequentetur ad rationem tertiæ partis anni, ubi etiam nunc ³² singulis diebus festiuis rudimenta christianæ doctrinæ pueris populoque explicantur.

S. 18

¹ Hæc una cum capella in capite fabricata est ad orientem, tabulato tecta, et capella ² fornicata, cuius quidem parietes picturis exornantur, sed^{a)} obscuritatem^{b)} et ^{c)} humilitatem et populi incapacitatem patitur.

⁴ In capella altaris maioris, ad quam uno gradu ascenditur, quæque non sepitur cancellis ⁵ neque crucifixi appensione illustratur, conditum est altare maius cum bradella^{a)} exiguam duorum graduum tantum, cui insidet pulchra icona cum beatæ Virginis, sancti Michaelis et ⁷ sanctæ Annæ sculptis imaginibus, crux præterea ex auricalcho inaurata et quattuor ⁸ candelabra, quorum duo stannea sunt, reliqua duo ex auricalcho, cum cereo paschali in cornu epistole. Vestitur

S. 17, 27 a) Die Hochzahlen bedeuten die Zeilen der Urschrift; vgl. Ausführlicheres über diese Anordnung in Jahresbericht der Historisch-antiquarischen Gesellschaft von Graubünden (1960) 90, Chur 1961, S. 2.

S. 17, 30 a) „et“ über der Zeile

S. 18, 2 a) folgt gestrichen „ad“

S. 18, 2 b) folgt gestrichen „sed“

S. 18, 2 c) „et“ über der Zeile

S. 18, 5 a) „bradella“ hier im Sinn von „Altarstufenbau“, vgl. Joseph Braun, Der christliche Altar, Band 2, München 1924, Seite 181. Karl Borromäus (*1535, †1584) verlangte fünf oder wenigstens drei Stufen, ebd.

autem decentibus tobaleis et nitidis et pallio ¹⁰ rubri coloris ex holoserico.

¹¹ Fenestella, in qua asseruatur sanctissimum eucharistiæ sacramentum in tabernaculo eleganti ¹² pro adoratione et pro infirmis in theca deaurata et decenti, sed non ¹³ apta ad eam expurgandam à fragmentis, non modo humida est, sed etiam in- ¹⁴ decens ob immunditiam contractam ex lampadis uicinitate et diuer- ¹⁵ sorum luminum ibidem accensorum appensione. Accedit etiam quod muribus peruia ¹⁶ est per clatros ferreos, quibus compactum est ostiolum, ut à sacerdote,^{a)} qui modo ¹⁷ ibi residet pro parochio, percepimus. Ideo remouendum erit, et in^{a)} ¹⁸ tabernaculo ligneo inaurato clauē seraque munito asseruandum erit ¹⁹ et in altari maiori^{a)} collocandum, ideo erit comparandum, lunula taberna- ²⁰ (cu)li^{a)} cum scutulo reformanda.

²¹ Lampas ei ardet perpetuo cum ex ecclesiæ redditibus tum ex piorum oblationibus.

²² Aqua baptismalis, in qua nullum signum cernitur chrismatis, nitida tamen et asser- ²³ uatur in uase æneo stannato, alio uase lapideo circumdato et duobus oper- ²⁴ culis ligneis contegitur ac panno laneo uiridis coloris circumuestitur.

²⁵ Olea sacra in uase æneo inclusa seruantur, sed indecenti et ideo reformando.

²⁶ Est aliud etiam altare in angulo sinistro^{a)} ecclesiæ, sed paruulum et indecens, in quo non sine ²⁷ incommoditate et irreuerentia celebrari potest, et eo magis, cum præter quattuor ²⁸ candelabra, duo quidem ex auricalcho et reliqua duo ex ligno tornatili, ²⁹ nihil ad pietatem et deuotionem moneat, imagines quippe in eo repositæ ³⁰ adeo impite^{a)} sculptæ sunt, ut larue potius appareant quam sanctorum imagines.

S. 18, 16) geschrieben: „sacrdote“

S. 18, 17 a) folgt gestrichen: „loco“

S. 18, 19 a) „maiori“ statt: „maiore“

S. 18, 20 a) (cu) fehlt; „tabel maculum“ bedeutet in Zeile 18 das Gehäuse für die Aufbewahrung, in Zeile 19 den Behälter für die Aussetzung der Eucharistie; vgl. Joseph Brun, Das christliche Altargerät, München 1932, S. 351. Betreffs der Lunula, die mit einer Art Schlüsselchen zu versehen ist, vgl. ebd. S. 394, Zeile 11 von oben.

S. 18, 26 a) „sini“ ist verbessert

S. 18, 30 a) „impite“ statt: „impie“ oder „impietate“?

³¹ Baptizati, matrimonio iuncti ac defuncti in particulari libro nouissime empto describuntur.

S. 19

¹ In arca lignea seruantur calices duo argentei, sed illorum unus habet fulcimentum ² æneum, sed inauratum, cum suis patenis argenteis et unus illorum confractus. ³ Velum ad calicem contegendum unum, corporalia duo, duæque pallæ decentes, purifica- ⁴ toria et mappæ multæ, albæ sex cum suis amictibus et cingulis. Casulæ duæ ⁵ albi coloris scilicet et rubri coloris ad formam ex holoserico et pulchræ, casulæ ⁶ item aliæ cum suis stolis et manipulis, sed lanæ diuersi coloris quattuor. Bursa ⁷ corporalium albi coloris holoserica et stragula quattuor decentia pro altaribus ⁸ contegendis, superpellicea tria. Pendet à latere capellæ maioris sinistro cam- ¹⁹ panula pro eleuatione sanctissimi corporis Domini, et velum unum holosericum cum fimbrijs ex ¹⁰ auro impositum est capiti jmaginis beatæ Virginis, quod inseruire potest pro continentia ¹¹ ad bracchia contegenda sacerdotis, cum defert sanctissimum eucharistiæ sacramentum.

¹² Campanile fabricatum est à latere dextro^{a)} ecclesiæ, cuius ostium^{b)} ualuis occluditur, in quo ¹³ locatæ sunt duę campanæ cum horologio.

¹⁴ Prope ianuam repositum est uas æneum et decens pro aqua lustrali.

¹⁵ Cēmiterium denique undique muro circumseptum, ianua cum fossa clatrata ianuis ¹⁶ obserata.

¹⁷ Aduocati crebris persuasionibus residentis modo sacerdotis ex redditibus ecclesiæ, quos ¹⁸ exigunt, comparabunt tabernaculum ligneum, pixidem paruulam decentem et ar- ⁹ genteam saltem quoad cuppam, pallium unum coriacium inauratum, casulam ni- ²⁰ gri uel uiolacei coloris, albam cum amictu et cingulo, et uasa sacrorum oleorum. ²¹ Quidam etiam uiri pij comparabunt casulam holosericam uiridis coloris et crucem.

²² Populus pius est quidem, sed abusibus et consuetudinibus ob indulgentiam et negli- ²³ gentiam parochorum uel potius apostatarum,

S. 19, 12 a) verbessert wohl aus: „dextro“

S. 19, 12 b) „ostium“ über der Zeile

publicis peccatis inuolutorum ²⁴ deditus. In quo quidem nullus hæreticus est, exceptis duabus mulierculis, quæ ²⁵ ex partibus hæreticorum ductæ sunt in uxorem, quæ tamen iam dispositæ sunt ad ²⁶ instructionem et ad abiurationem ecclesiasque frequentant.

²⁷ Redditus ecclesiæ Sancti Michaelis faciunt summam florenorum 18.

²⁸ Redditus præterea custodis sunt floreni 30 et tot prædia, ex quibus et^{a)} colligitur ²⁹ fenum ad uaccam alendam et staria duodecim grani.

³⁰ Sacerdos, qui istius populi curam suscepit, est P. Bartholomæus Fantus^{a)} parochus ³¹ Preuntij, Mediolanensis dioecesis, transmissus ab illustrissimo domino cardinali Borromæo.

Bruno Hübscher

S. 19, 28 a) „et“ über der Zeile

S. 19, 30 a) über ihn vgl. Christoph Willi, Die Kapuziner-Mission im romanischen Teil Graubündens mit Einschluß des Puschlav [und Samnauns]. Brienz GR, Selbstverlag, 1960, S. 97.